



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

4. Significatum nobis &c. Mandat Archiepiscopis & Episcopis Provinciarum
Remensis, Senonensis ac Turonensis, ut Philippum Regem ejusque
pellicem à vinculo excommunicationis absolvant; mox sequitur ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)

Pro sepul-
tura loco
nullum peni-
tus ab aliquo
pretium exi-
gendum sta-
tuit.

Si quis ad
aliam Ecclē-
siam se con-
ferre volue-
rit de eo
quod pro sa-
lute dare dis-
posuerit par-
tem Ecclē-
siae matri-
ci relin-
quat.

Sanctio
poenalis.

Pax & bene-
dictio obser-
vantibus.

Data Late-
rani 18. Kal.
Maij Anno
Pontifica-
tus. 1.

III.
Ex Labbe
Tom. 10.
Concil. pag.
644.
Edita An.
Dom. 1104.

Hortatur
Didacum ut
in Ecclē-
siales Dia-
conos ve-
ros con-
stituatur
qui dignē
commissa si-
bi onera
sustinere va-
leant.

Filios ex
presbyteris
ante legis
suscep-
tionem natos
neque à di-
gnitate Ec-
clē-
siae neque à Sæ-
culari repel-
lit.

eos qui im-
presbiteria-
rum simul
sunt divis-
sionē habi-
taculis sepa-
rari iubet.

Data Late-
rani Anno
Pontifica-
tus IV.

§. 4. Statuimus quoque ut pro sepultura quidem loco, vel spatio, nullum penitus ab aliquo pretium exigatur: pro redemptione vero peccatorum, morientes, in Ecclesia, in qua fidei sacramenta acceperint, elemosynam dare secundum Apostolica decreta statuimus omnino, & confirmamus.

§. 5. Si quis autem ad aliam vivens sive moriens se conferre voluerit, de eo quod pro salute animæ suæ dare disposuerit, secundum Apostolica decreta matrici Ecclesiæ partem relinquat.

§. 6. Si quæ sane Ecclesiastica secularisve persona contra hanc nostræ constitutionis paginam præsumptuose venire tentaverit, huiusmodi ut sacrilegii reum à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ arcendum iudicamus & confirmamus.

§. 7. Cunctis autem eidem Ecclesiæ iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud bonorum retributorem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Joannis Scrinarii sacri Lateranensis Palatii.

Ego Paschalis Episcopus Catholica Ecclesiæ subscripsi. Et ego.

§. 8. Datum Laterani per manum Leonis scriptoris XVIII. Kal: Maii, indictione VIII. Anno dominicæ incarnationis MC. Pontificatus autem domini Paschalis secundi Papæ primo.

De reformandis moribus Compostellanae Ecclē-
siae deformibus, qui per bella in eam irrep-
serant.

PASCHALIS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, venerabili Didaco
Compostellano Episcopo salutem & Apo-
stolicam benedictionem.*

Ecclēsia quam regendam, disponente domi-
no, suscepisti, jamdiu, etiam cum pasto-
rem habere videretur pastoris solatiis caret. Id
circo strenuitati tuæ vigilantius insistendum est,
ut in ea ritè omnia juxta normam sedis Apo-
stolicæ disponantur. Cardinales in Ecclēsia tua
Presbyteros seu Diaconos tales constitue, qui
dignè valeant commissa sibi Ecclesiastici regimi-
nis onera sustinere. Porro quæ Presbyterorum
interfunt, presbyteris; quæ Diaconorum diaconi-
bus committantur; ut in aliena dispendia nul-
lus obrepat.

§. 1. Si qui sanè ante Romanæ Legis sus-
ceptionem secundum communem patriæ consue-
tudinem conjugia contraxerunt, natos ex eis fi-
lios neque à Sæculari neque à dignitate Ecclē-
sistica repellimus. Illud omnino incongruum
est, quod per regionem vestram monachos
cum sanctimonialibus habitare audimus, ad
quod refecandum experientia tua immineat: ut
& qui impresbiteriarum simul sunt divis-
sionē habitaculis separentur, prout arbitrio & religio-
sorum virorum consilio melius visum fuerit;
neque impostero consuetudo hujusmodi præ-
sumatur.

§. 2. Datum Laterani incarnationis dominicæ
anno millesimo centesimo tertio, nostri Pon-
tificatus quarto.

Mandat Archiepiscopis & Episcopis Provincia-
rum Remensis, Senonensis ac Turonensis, ut
Philippum Regem ejusque pellicem à vinculo
excommunicationis absolvant; mox sequitur
ejusdem Regis juramentum.

PASCHALIS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, venerabilibus Fratri-
bus Archiepiscopis & Episcopis, per Re-
mensē, Senonensem ac Turonensem Pro-
vincias, salutem & Apostolicam benedi-
ctionem.*

Significatum nobis est quorundam vestrum
Litteris, qui filius noster Francorum Rex
feminam illam pro quâ totiens commonitus,
immo excommunicatus fuit, juxta præceptum
nostrum abjurare decreverit: ipsa etiam mulier
regem abjurare parata sit: super quarum con-
versione personarum non minimum exultavi-
mus quia super uno peccatore penitentiam
agente, gaudium esse Angelis Dei ipso Domino
testante didicimus.

§. 1. Quam nimirum causam fratri nostro Ri-
chardo Albanensi Episcopo reminiscimini à no-
bis fuisse commissam. Si ergo idem frater,
Francia jam fines egressus est, non eandem
causam, aspirante Domino una vobiscum pera-
gendam venerabili Fratri Lamberto Atrebatensi
Episcopo committimus. Convenientibus itaque
nobis in unum, si communis filius Francorum
Rex, & illa ejus Lateralis tactis Sacrosanctis
Evangelii omnem carnalis copulæ consuetudi-
nem abjuraverint, mutuum quoque colloquium,
& contubernium, nisi sub testimonio persona-
rum minimè suspectarum, numquam videlicet
ad idem flagitium redituri, sicut quorundam
vestrum litteris significatum est: satisfactionem
eorum vice nostra vobiscum Atrebatensis Epif-
scopus suscipiat, & à vinculo excommunicatio-
nis absolvat quatinus Largente Domino, & fi-
lium Ecclēsia, & Regem sibi Francia reconci-
liatum Episcopali Ministerio gratuletur.

Data Laterani per manum Joannis, III. Nonas
Octobris

JURAMENTUM PHILIPPI REGIS FRANCORUM.
Audias, tu Lamberte Atrebatensis Episcopo,
qui hic Apostolica vice fungeris: audiant Ar-
chiepiscopi, & præsentis Episcopi, quod ego
Philippus Rex Francorum, peccatum, & con-
suetudinem carnalis & illicitæ copulæ quam
hactenus cum Bertrada exercui, ulterius non
exercebo sed peccatum istud & flagitium peni-
tus, & sine omni retractatione abjuro. Cum
eadem quoque femina mutuum colloquium &
contubernium, nisi sub testimonio personarum
minimè suspectarum, non habeo. Hæc om-
nia sicut Litteræ Papæ dicunt, & vos intelli-
gitis, sine omni malo ingenio observabo. Sic
me Deus adjuvet, & hæc sacrosancta Jesu
Christi Evangelia.

Similiter & BERTRADA cum excommunicatio-
nis vinculo solveretur, tactis sacrosanctis Evan-
geliis in persona sua hoc idem juravit sacra-
mentum. Actum Parisiis in præsentia domini
Daimberti Senonensis, & Radulphi Turonensis,
Archiepiscoporum; domini quoque Tuonis Car-
notensis Episcopi. Humbaldi Autissiodorensis
Episcopi, Joannis Aurelianensis Episcopi, Gua-
lonis Parisiensis Episcopi, Manasse Meldensis
Episcopi, Baldrici Noviomensis Episcopi,

IV.
Ex Labbe
T. 10 Conc.
P. 658.
Edita An.
D. 1104.

Francorum
Regem ejus-
que pellicem
mutuum
contuber-
nium collo-
quiumque
abjuratos
exultat.

Lamberto
Atrebatensi
Episcopo su-
pradictis
que Archie-
piscopi eos
excommuni-
cationis vin-
culo absol-
vendi cau-
sam com-
mittit.

Data Late-
rani tertio
Nonas Oc-
tobris.

Lamberti Atrebatenfis Epifcopi, Humberti Silvanectenfis Epifcopi; Abbatum quoque, Adæ Parisienfis, Oltici fimiliter Parisienfis, Rainaldi de Prato fancti Germani Parisienfis, Rainoldi nihilominus Stampenfis, Archidiaconorum etiam quamplurimum, & honorabilium Clericorum, & Laicorum; non parva multitudine inibi confiftentium. Taliter itaque ex Apoftolicæ fedis auctoritate reincorporatus eft Philippus Rex Francorum Sanctæ Catholicae Ecclefiæ matri fuæ IV. Nonas Decembris indictione XIII. Anno autem Dei Chrifti MCIV. Pontificante vero in fede Romana Paschalis Papa II. anno fefto.

§. 4. Data Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii XI. Kal: Februarii Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCXV. Pontificatus autem Domini Paschalis fecundi Papæ anno XVI.

Confirmat Stephano Epifcopo Auguftodunenfi univerfa privilegia Norigauo pridem concessa.

PASCHALIS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili fratri Stephano Auguftodunenfi Epifcopo, ejusque fuccefforibus canonicè fubftituendis in perpetuum.

Justis votis affenfum præbere, justisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licet indigni, juftitiæ custodes atque præcones in excelsa Apoftolorum principum Petri, & Pauli fpecula pofiti, Domino difponente confpicimur.

§. 1. Tuis igitur, frater in Chrifto cariffime Stephane, juftis petitionibus annuentes, Sanctam Auguftodunenfem Ecclefiam, cui Domino autore præfides, Apoftolicæ fedis autoritate munimus.

§. 2. Statuimus enim, ut oppida, villæ, feu Ecclefiæ poffeffionesve, quas prædecefforis tui Aganonis temporibus, Auguftodunenfis Ecclefiæ tenuit, tibi quoque ac fuccefforibus tuis quietæ, firmæ, & integræ conferventur. Cætera etiam quæ eidem Auguftodunenfi Ecclefiæ per tuam induftriam recuperata vel adqifita funt, videlicet Ecclefiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Lazari de Avalone, & Castrum Toilonum cum eorum pertinentijs, vel in futurum per Dei gratiam recuperari vel adquiri juftè legitimeque contigerit, quietæ femper integra in ejuſdem Ecclefiæ jure ac poffeffione permaneant.

§. 3. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat eandem Ecclefiam temerè perturbare, aut ejus poffeffiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerarijs vexationibus fatigare, fed omnia integra conferventur tam tuis quam Clericorum & pauperum uſibus profutura.

§. 4. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorifque ſui dignitate careat: reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacraſſimo corpore, & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen.

Ego Paſchalis Catholicae Eccleſiæ Epifcopus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarij II. Idus Martij Indictionis IX, Incarnationis Dominicæ Anno MCXVI, Pontificatus autem Domini Paſchalis ſecundi Papæ Anno XVII.

Data XV. Kalend. Februarii Anno Pontificatus XVI.

VI. Et Labbe T.X. Concl. pag. 662. Edita A.D. 1116.

Exordium.

Auguftodunenſem Eccleſiam ſedis Apoftolicæ auctoritate munit.

Poffeffiones confirmat.

Poffeffores que perturbari vetat.

Pœna contraventium.

Pax & benedictio obſervantibus.

Data 2. Idus Martij Pontificatus Anno XVII.

V. Ex Marcâ Hiſp. Petri de Marcâ Col. 1243. Edita An. Dom. 1115.

Exordium.

Privilegia poffeffiones que confirmat.

Perturbari vexationibus fatigari vetat.

Interdicit ne liceat Clericis præbendas poffeffionesve retinere uſibusque ſuis vendicare poſtquam eos ad alias præpoſturas tranſire contigerit.

Sanctio pœnalis.

Pax ſervantibus.

Berengardo Gerundenſis Epifcopo privilegia quæ confirmat.

PASCHALIS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Berengario Gerundenſi Epifcopo ejusque fuccefforibus canonicè fubftituendis in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus tribuendus eſt effectus ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio.

§. 1. Tuis itaque, frater in Chriſto cariffime Berengari, precibus annuentes, ad perpetuam ſanctæ Gerundenſis Eccleſiæ pacem ac ſtabilitatem præſentis decreti auctoritate fancimus ut univerſi parrochiæ tuæ fines, ſicut à tuis anteceſſoribus uſque hodie poſſeſſi ſunt, ita omnino integri tam tibi quam tuis ſucceſſoribus in perpetuum conferventur qui videlicet fines à meridie Barchinonenſis, ab oriente Auſonenſis, ab Aquilone Urgellenſis & Helenenſis parrochiæ limites tangunt, ab occidente in mare pertingunt. Confirmamus etiam eidem Gerundenſi Eccleſiæ univerſa quæ ad eam in præſenti indictione VIII. videntur legitime pertinere, & quæcunque in futurum juſtè atque canonicè poterit adipiſci. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poffeffiones auferre, vel ablatas retinere, minuire vel temerarijs vexationibus fatigare, ſed omnia integra conferventur tam tuis quam Clericorum, & pauperum uſibus profutura.

§. 2. Illud autem omnino interdiciamus, ne liceat ejuſdem Eccleſiæ Clericis præbendas aut poffeffiones ejuſdem Eccleſiæ retinere, & ſuis uſibus vendicare poſtquam eos ad Epifcopatum vel Abbatiam vel alias præpoſturas aliarum Eccleſiarum tranſire contigerit.

§. 3. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hac noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorifque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſacraſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juxta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Paſchalis Catholicae Eccleſiæ Epifcopus ſubſcripſi.